

1762.

1300—1310.

HALSTAN BIRGERSSONS gåfvobref på Fröknæte i Widbo till Wårfruberga kloster.

A. 3. k.

Vniuersis presentes litteras visuris vel auditoris, HALSTANUS BÿRGISSEON, salutem in domino sempiternam, vniuersitati uestre tenore presencium facio manifestum me curiam meam in wÿdbo dictam fröknæte clastro sanctimonia-
lium in warafrubergh cum matre mea pro prouenta sua contulisse, ita quod dicta curia ad proprietatem ipsius clastri totaliter debeat pertinere et iuxta uoluntatem ipsarum dominarum ordinari, In cuius euidens testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet något skadadt.

1763.

1300—1310.

NILS RAGVALDSSONS salubref på en ström, Aleström, mellan Waglefsbro och Thorshven.

A. 6.

Omnibus presens scriptum cernentibus, NICOLAUS RAGUALDSSEON salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi et per presentes recognosco me viro nobili Johanni holmgerrson quendam torrentem dictum alæstrøm infra vaghle-
uisbro et thorishueen situm cum suis omnibus adiacencijs prope vel remote positus pro pleno precio dimisisse perpetuo possidendum. translato in ipsum iohannem et heredes suos omni possessionis dominio. predictum torrentem habendi possidendi et pro vsibus suis libere ordinandi. Ne igitur eidem super hijs aliqua calumpnia possit in posterum suboriri. sigillo domini karoli bændixson vna cum sigillo meo proprio peto presentes roborari.

På fränsidan: vagleus ström.

Sigillet N:o 1 bortfallet; N:o 2 föga skadadt, på en ur brevet klippt remsa.

1764, 1765.

1300—1310.

Gudbjörns enka HELENAS gåfvobref på hälften af all sin egendom till Alfvastra kloster, der hon önskade blifva begrafven, samt

OLOF SIMON SLÄTS SONS gåfvobref på sitt fäderne, en jordlott i Roslösa socken, till samma kloster.

A. 3. v.

Omnibus presens scriptum cernentibus, ELENA relicta gudberni
Tenore presencium singulis inotescat quod viris religiosis monachis de alua-

stro apud quos *locum* sepulture mee elegeram dimidietatem omnium bonorum meorum, quocumque nomine censeantur sana mente et corpore confero absque inpeticione possidendam. Si autem filium filie mee ante me de hoc mundo vocari contigerit, extunc omnia bona sua que ei jure hereditario tam post patrem suum in yxstadhū quam post me competebant, predictis eciam monachis ob remissionem anime sue et mee tribuo, siue fuerint mobilia siue immobilia quocumque modo nominata, In cuius rej evidenciam sigillum ville nostre presentibus est appensum.

Ego OLAAUS filius sunonis dicti slæt confero monasterio in aluastro patrimonium meum scilicet dimidium attungum cum octaua parte in parochia roosløsa sub sigillo ville hestholma.

På fränsidan: Donacio helene Relicte gudhberni Swno slæet dedit dimidium attongum cum quarta parte in parochia Roslöso. *Med nyare hand:* yxstada.

Sigillen bortfallna tillika med de ur brefvet klippta remsorna. Brefvet är af fukt betydligt skadadt och till en del nästan alldeles utplånadt.

1766.

1300—1310.

BENGT PHILIPSSONS bref om förrättadt arfskifte å erhållne fädernegods, hvarvid hans broder Erik Philipsson tillfallit Sigwalstad, med Bensäter, Svärtesfalla, Sötåsa och Näs, samt hälften i jernberget, och han sjelf erhållit, Kruka med Landasjö, Falksberg, Rå, Fogelhem och en qvarn i Mollaby, samt hälften af jernberget.

A. G.

Omnibus presentes litteras inspecturis vel auditoris, BENEDICTUS PHILIPPUS SON salutem in omnium saluatore, Nouerint vniuersi tam posteri quam moderni me patrimonium cum dilecto fratre meo Erico philippus son inter nos diuisisse in hunc modum et fecisse, Erico philippus son, sigwalstadha cum omnibus suis pertinenciis infra sepes et extra sicco et in humido prope et Remote positis Cetera et alias curias cum singulis suis adiacenciis prope et Remote vt supra, hic notatas, benæsæter, swærtisfalla, söötasa, næs dimidium montem calibis eiusque heredibus perpetue possidere, michique meis heredibus, kruka cum omnibus suis attinenciis prope et Remote, sicco et in humido infra sepes et extra positis, Cetera et alias curias vt supra cum omnibus suis pertinenciis et *cetera*, videlicet, landasio, falxbiærgh, Raa, fugheleem, vnam molendinam in møllaby et dimidiam (!) montem calibis perpetue Reseruare In cuius Recognicionis evidenciam sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.